



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De ingenuo homine si alterius ancillam pro ingenua acceperit, & post
ancillam eam esse intellexerit. xxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui tertio nuptias celebrauerint.

Caput XXIII.

Ex decr.

Hormis-

de papa,

cap. 2.

Ex concil.

Laodicē.

cap. 1.

NE quisquam amplius, quam duas accipiat uxores. Niam tertia superflua est.

De bigamis.

Cap. XXIII.

Ex concil.

Laodicē.

cap. 1.

DE his qui secundum ecclesiasticam regulam libere legitime secundis nuptiis iuncti sunt, nec occulte priarum copulam fecerunt, oportet ut paruo tempore acto, vacent orationibus & ieiuniis. Quibus etiam indulgentiam communionem reddi decreuimus.

De numero maritorum.

Cap. XXV.

Ex dictis

Hierony.

Vbi fuerit numerus maritorum, ibi vir proprius esse desistit.

De ingenuo homine, si alterius ancillam pro ingenuo

acceperit, & post ancillam eam esse intel-

lexerit. Cap. XXVI.

Ex concil.

apud ver-

meriam,

cui inter-

fuit Pipi-

nus rex,

cap. 7.

SI quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem accepit, & existimat quod ingenua sit, si ipsa foemina ea fuerit inseruita, si eam a seruitute redimere poterit: si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si autem uiam eam scierat, & collaudauerat: post, ut legitur in am. beat. Similiter & mulier ingenua de seruo alterius re debet.

De foemina ingenua, si seruum maritum

acceperit. Cap. XXVII.

Ex eodē

concilio,

cap. 8.

SI foemina ingenua accipit seruum, sciens quia seruum set. habeat eum: quia omnes unum patrem habemus in caelis. Vna lex erit, & viro, & foeminae.

De legitime coniunctis, si alter eorum in amentiam

deuenerit. Cap. XXVIII.

Ex epist.

Nicolai

ad Caro-

lū Mogū.

episcopū

missa.

Ex concil.

Cabillon.

cap. 30.

SI qui matrimonium sani contraxerint, & vni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit: hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt. Similiter sentiendum de his qui ab aduersariis excruciantur, aut membris detruncantur.

De legitimis matrimonijs seruorum.

Caput XXIX.

Ex concil.

Cabillon.

cap. 30.

DICTUM est nobis, quod quidam legitima seruorum matrimonium potestatiua quadam praesumptione dirimunt.